

Zane, Bernardo (1450-1517)

Oratio reuerendissimi. D. archiepiscopi Spalatensis habita in prima sessione Lateranensis Concilii. - [S.I.] : [s.n.], [s.d.] (Romae : impressa in vico Pellegrini per Iacobum Mazocchium, 1512. Die. 6. mensis Nouembbris). - [12] c. ; 4°. - Il nome dell'A. si legge a c. [4]r. - Pref. di Thomas Niger. - Rom. - Segn.: [A]4 B-C4. - Front. in cornice xil. - Iniziale xil.

(IT-MiFBE)BEIC3_V00109-9

The digital reproduction of this work is licensed under a [Creative Commons Attribution - NonCommercial - NoDerivs 3.0 Unported License](#). Permissions beyond the scope of this license may be available at customer.service@beic.it.

La riproduzione digitale di quest'opera è distribuita con la licenza [Creative Commons - Attribuzione - Non commerciale - Non opere derivate 3.0 Unported](#). Permessi oltre lo scopo di questa licenza possono essere richiesti a customer.service@beic.it.

fundam super

mun dam et

ni ab omni

namen tis uerbi

uob spiritum no

8. **V.** D^ccus me

ninc non

N

N

N

dar

m

off.

co. **A** b^cculas me

N

MIS

T

A C. W.

OPUSCOLI

T. C. V.

MISCELLANI

C.
A.

T. 195.

195.

195.

195.

195.

195.

195.

195.

195.

195.

195.

Misc. 4° Tomo 995

1. Bulla Iulii II. ultima Convocationis Cardinalium absentium ad Intra-
lone Gallicae nationis ad celebrationem Concilii Lateranensis) cum
declaratione nullitatis gestorum per Concilium Bulle Pisanum. Bib. Apr. 1512.
2. Bulla eiusdem Iulii II. secundae sessionis Concilii Lateranensis, qua re-
probatur Conciliabulum Pisanius. 17. Maii 1512.
3. Bulla tertiae sessionis eiusdem Concilii III. Non. Decembris 1512.
4. Bulla quartae sessionis eiusdem Concilii IV. Id. Decembris 1512
5. Litterae clav. monor. Ludovici XI. Fratrorum Legij 27. Nov. 1461.
super arrogatione pragnaticae sanctionis in 3a. 4. sessione lecture
6. Bulla interdicti generali in Regno Franciae et barulations
nundinari ex Lugo. ad Civitatem Leberensem. 13. Augusti 1512.
7. Bulla nonitorii et declarationis contra Prelatos Gallicos, qui
intervenererunt ad Pisanius Conciliabulum cum scismaticis
III. Non. Decembris 1511.
8. Oratio prima Synodi Lateranensis habita per Egidium Bracca-
biensem Augustinianum Ordinis devenalem V. Non. Jun. 1512.
9. Oratio Archiepiscopi Spalatensis habita in prima sessione
Lateranensis Concilii 6. Nov. 1512
10. Oratio Thomae de Vio in secunda sessione habita XVII. Cal. Jun. 1512.
11. Oratio Christophori Morelli in quarta sessione. IV. Id. Decembris 1512.
12. Thomae de Vio Tractatus de auctoritate Papae et Concilii, dice
Ecclae comparata. Thomae 1511. 4.
13. Thomae de Vio = Apologia eiusdem tractatus. Thomae 1513. 4.
14. Bulla intimationis generalis Concilii Lateranensis XI. cal. Aug. 1511.

15. Regulae, ordinationes et constitutiones cancellariae sulii
II. Pontificij scriptae et correptae in cancellaria apulia. Horae
triae 1503. 4^{to}
16. Monitorium contra hereticos V. cal. Maii 1509 in 4^{to}
17. Epistola Regis Portugalliae ad Iuliu[m] II. de victoria contra
opideles habita xxv. Septem. 1507. in 4^{to}
18. Oratio Bernardini Carvalho de eligendo rummo don-
tifice habita 8. Augusti 1492. in 4^{to} (112. A. 3)
19. Oratio Fr. Marianu de Serazano de Innocentio P.
ch. XIV. cal. Iun. 1487. in 4^{to} (112. A. 4)
20. Philippai Decii Congilacione de Concilio Pisano, in 4.^{to}
^(112. A. 5)
21. Bulla Sixti IV. de hospitalibus 1477. 4^{to} (112. A. 6)

ORATIO REVE
rendissimi .D. Archie-
piscopi Spalatensis
habita in Prima
Sessione Late
ranen. Con
cilii.



71
ORATIO REVER

D. Agn

St. John's Lys

London Cst



Homas Niger Canonicus Archipresb^r
& Vicarius Spalateñ. Doctissimo & in-
tegerrimo M. Marulo nobili Spalateñ.
S. S. Cum Vrbem Romam sanctorūq^z Reliquias
ex uoto inuisere statuisse, eo tunc téporis euoca-
tum ad Concilium Lateraneñ. Bernardum Zan^e
Archipresulem nostrum Spalat. opeprecium ui-
sum est cōmitari/quo cum longo post liminio tan-
dem peruenisse/ peragratiss omnibus pene sancto-
rum sacellis/eorumq^z sacris Reliquiis ex Christia-
norum instituto adoratis/contigit interfusse Ora-
tioni ab eodem Archipresule nostro luculétiſſime
peroratæ coram Max. Pont. Iulio. II. ceterisq^z Patri-
bus ex industria in Lateraneñ ecclesiæ synodo ad id
in prima sessione congregatis: Quā quidem Ora-
tionem M. Marule amicoꝝ / doctorūq^z uiroꝝ ra-
rissime ad te prēcipue mittere uisum est / ut cui tu
in illo tuo p̄claro opere de imitatione Christi eru-
ditionis/atq^z ingenii laudem tribuisti singularem/
dignumq^z censuisti cui ipsum opus prēcipue dedi-
cares: eius nunc nō minus cōmendes erga Remp.
Christianam studium/ atq^z curam: cū perspexeris
qualibus ipse argumētis/quanta animi/uerborūq^z
concitatione totus in eo sit/ut bella inter Christia-
nos Principes exorta sedent/ut unusquisq^z suis li-
mitibus contineatur:ut heresis scysmataq^z extirpen-
tur: ut pax reddatur ecclesiæ: ut tandem aduersus



cōmunes fidelium persecutores Turcas cōia xpia-
norum arma sumantur. Talia tu cū legeris/putabis
illū non in auditorio/ac frequenti cōsensu celeber-
timorum uitorum uerba facere: sed in acie totum
uersati/arma tractare/buccina militari concrepare
tam accer est in dicēdo / tā uehemens in exortādo
tā efficax i suadendo/ sed ommissa actione/pronū-
tiationem uehementiamq; uerboꝝ Demosthenis/
Aeschinisq; sua uerba trutinātium crederes: quod
nequaq; auderem adstruere/ nisi & ōoni prius per
oratę/ q; pene demādatę ipse interfuissem: & ab oī-
bus fere/ qui interfuerent/ comendatissimam cognō-
uissem: Nam & tunc totius pene sacratissimi The-
atri applausu est excepta: & postea oīum (qui eam
legerunt) seu audierunt rotundo ore celebrata/ ac
Doctissimi cuiusq; sententia cōmendata: magisq;
eius eloquii uenustatē/uehementiāq; admirantur/
Qui Philosophię insup & Theologię peritissimū
eū esse nō ignorant: Rarū .n. est ut quis ad tā in-
genuas/tantęq; difficultatis artes/etia Rhetoricem
examissim adiecerit illius ēt nō in ultimis Archi-
psulis nři laudibus cōputandū censeo/ut qui in ec-
clesia sua Metropolitana in prēdicatione/annuntia-
tioneq; diuini uerbi/ per totā pene Quadragesimā
indefesso gradu/ ac ueluti quodā cōtinuato uirtutū
pariete/a nullius ordinis/ religionisq; professore se
passus est supari; in orando etiā eisdem pfessoribus

70

preferri merito & debuit / & meruit: cū prelatorum
non monachoḡ id p̄cipue sit munera: sed q̄bus
mores quoq; hois sicut nobis liquido innotescunt
nihil in eo desiderari aiūt uel quod ad eruditionē
uel quod ad uitā pertineat: Idem te de ipso iāpridē
sentire nō dubito: eo etiā magis in eo tātas fortunę
dotes mirandas censeo / q; & nobilitate p̄cipua splē
descens / & opibus nō inmodicis polēs / in gremio
luxuriantis fortunę moliter educatus/litteras non
est aspernatus: nec eruditos/eruditorūq; cōsuetudi
nem fastidienter illusit: nā bona mēs bonaq; fortu
na rarenter copulantur : Quotus .n. q̄sq; ex globo
nobiliū eloquentię studet: quotus q̄sq; aut erudi
tus est aut eruditiois assertor: ecōtrario cōplusculos
uideas (de nobilibus opulentioribusq; loquor) q
ubi occuperint adolescenturire/se totos dedant de
dicentq; belluinis uoluptatibus/ q̄bus litteratoriū
gymnasiū carcer est/ doctrina supliciū q spretories
snnt studiorum/osores studiosoḡ. At Archipresul
noster in amplissimis/ uti p̄dixi/ fortunarum bo
nis cōstitutus p̄cipuo Veneti Senatus genere p̄
fulgens stemmata suorum tum summorum Pont.
tum Cardinalium / Patriarcharumq; affatim nu
merans a teneris / ut Gr̄eci aiunt/ unguiculis / ad
hanc usq; etatem literarum studia sitienter am
plexus est / datq; iugiter operam/ ut naturalium
suorum splendor eruditione magis illustretur /

q̄ genere: Verunt̄/ut reuertamur unde digressi su-
mus/ cū Orationē quam mittimus mi Marce per
legeris: Quod intra te fortasse tacitus sentis/etiam
uerbis / scriptisq; in publicum securus dabis: dele-
ctabitq; te ab eo plurimum amari / quem pluri-
mum laudas: immo qui iam multorum ore ce-
lebratur ubiq; / & extollitur: A deo ut nemo sit/
qui dubitet ex Oratione sua suaq; suo Ponti. Max.
Iulium compositis ecclesie rebus: & his/ quæ p ty-
rannos erant occupata/reparatis/continuo expedi-
tionem indicturū in Turchas/omnesq; Christiano-
rum Principes/qui ad hanc usq; diem dormitaue-
runt simul & dormierunt / ueluti ex somno endi-
mionis excitaturū/conuocaturūq; ad eam perfis-
ciendam: ut qui Christiano nomini tā infensi/in-
festiq; sunt: ipsius Christi Vicarii inuictissimi au-
spiciis profligentur. Etenim si nemo priorē Pont.
æq; ac iste magnas res aut aggressus sit/aut fœlicis-
sime gesserit/cur nō speremus ipso duce & hoc fu-
turum? Oremus igitur / ut qui Pont. Max. Iulio
Secundo tantæ gerendæ rei contulit uoluntatem /
non deneget facultatem. Cœterum fœlix Spaleti-
na ciuitas Patria nostra/cui Bernardus Zane conti-
git Archipr̄sul / qualē & habere iucundissimū est
& habuisse gloriosum. Vale ex Vrbe Quinto
Id. Maias. M. D. XII.

83

BERNARDI ZANE VENE ti Patricii Artium Doct. & sacræ Theo- logiæ Magri Archipræsulis Spalateñ. Ora- tio habita in prima Sessione Concilii Late- raneñ. præsente Iulio. II. Pont. Opt. Max.

Olent hi/qui coram singulis Principi-
bus/priuatisq; cōfessibus Orationem
habēt Beatiss. ac sacratiss. Pont. Max.
Iuli/ loci/temporis/& personæ ratio-
nem/uenerandumq; conspectum in sui excusatio-
nem adducere/si minus concinne/minusue elegan-
ter uerba facerēt/seu in media Oratione deficerēt.
Ego uero qui coram te/hoc est coram totius orbis
Principe/& uero Christi Vicario / in excelsissimo
humani generis fastigio posito : coram tot sapien-
tiss. Pont.tot Doctiss. Prelatis/& Mḡris : tor tan-
tisq; Principibus/ac (ut unico uerbo uerū fatear))
corā toto terræ orbe sum uerba facturus/ nō dicā
(ut fieri solet) quo me uertā:sed quo animo/qui-
bus uiribus/quo dicendi genere/qua demū memo-
ria tātū oneris sustinere/ad finēq; perducere ualeā/
nescio, Ad loci/temporis/& personæ rationē/gra-
uitatem/ratissimū augustissimūq; cōspectū accedit
rei/dequa dicturus sum/magnitudo/amplitudo/&
dignitas maxima: Nō enim unū dicēdi genus se se
mihi offert/sed omnia simul : non de unius perso-

ne dignitate/uel statu:non de unius Provincie cōseruatione: non de terrarum orbe tantum : sed de diuinis/ humanisq; rebus: De Rerum oīum Principe/& Moderatoro Deo Opt. Max. De eius uicario sūmo sanctissimoq; Pont. De utraq; Ecclia militante/& triumphante : de eius firmissimis cardinibus : De principib;:de Cœlo / ac Terra deniq; sum uerba facturus.Que oia sicuti ardua sunt/impossibilitaç; uidentur uni q̄uis consumatissimo ad pronunciandum/ ac perorandū/ ita me recreat/ & reficit summa Benignitas .S. T. Sacra.Pont. Qui utpote Humaniss. munificentiss. q; non tā oblatum officium q̄ aīum quo offertur/inspicis & perpendis : suscepī igitur a .S. T. , demandatum munus ea mēte/ eo animo/ ut si ad optatum finē pducere non ualero:intueatur saltem. T. Beatitudo animi mei promptitudinē/ desiderium/ uoluntatē ignoscent. Preterea oēs hi Sapiētiss. P̄es si ego pre ceteris ad munus hoc difficillimū subeundū ab eadem. T. Beat.selectus fuerim: qñquidē id nō incōsulto euenit .S. N. T. non tam Viri Doctrinam & eruditionem/ qua hi oēs facile p̄estant/q̄ summa Dignitate/utpote Metropolitica / summoq; Pont.affinitate insignitum / & . T. S. ab ineunte pueritia summo studio/ obseruantia / & deuotiōe obnoxium p̄elegit . Verum quia instabile/ insolidum/& caducum est fundamentum quod supra

firmam petram iactū non fuerit: Ideo a diuinis au-
spicabimur : nec dimittendo Patrem Filiūq; diui-
num. S. S. amboꝝ nexum summiffa/ac reuerenda
uoce inuocabimus. Veni Creator. S. mentes tuꝝ
uisita/imple superna Patris/ & Filii gratia quæ tu
creasti pectora Amen . ¶ Salomonis uerba initiuꝝ
Orationis meꝝ aptū/idoneūq; mihi propono Bea-
tiss. ac Sacratiss. Pont. Max. dicentis/ ad hoc facta
est domus tua/ut respicias Oronē serui tui/& audi-
as p̄ces/q̄s fūdit famulus tuus corā te/& apias ocu-
los tuos super domū istam/diebus ac noctibus sup
locū/in quo pollicitus es/ut inuocetur nomen tuū
& exaudires Orationē/ quā seruus tuus orat in eo.
Exaudi inq̄ Oronem meā/imo nostrā sūme Deus
æterna ueritas/uera charitas/ & chara eternitas/ uni-
uersi mēs/q̄ qcquid uidemus & qcqd nō uidemus
existens per imensas mundi ptes/uniuersāq; naturā
cōmeans oībus animantibus uitam prestans orbem
uniuersum/quem condidisti/ summa ac ineffabili
proudientia assidue gubernas/& ita gubernas ut ex-
cellentiori quodam modo nos/ hoc est rationalem
creatūrā/q̄ cetera ames/& conserues: Quā quidem
amoris/& protectionis præstantiam sacratiss. Pont.
in tribus potissimū licet intueri. Primo eqnidē nos
propter nosmet: cetera uero nō propter seipsa / sed
ob rerum naturas/& speties conseruandas/amat/ &
tuetur. Secundo ita nobis cōsulit/ ut nosmet ipsos

B

nobis met consulere permittat: Cetera uero ab ipso
summo rerum principio reguntur/ in finesq; pro-
prios dirigunt. Tertio demū cetera omnia ad nos/
nos item ad seipsum decreuit/ & ordinavit tāq; ad
finem/quietem/ perpetuamq; nostram fœlicitatē /
quam baptizatis/credentibusq; repromisit testibus
Marco/& Ioanne: Baptizatis equidem ob sacra-
mentum ab ipso in Jordane institutū/ut ueterū ma-
cularum sordibus ablutis nouū hominem induere
mus in Christo Iesu dño nostro/testante Aplo /
Sicut per unius delictū in omnes homines in con-
demnationem/sic per unius iustitiā in omnes ho-
mines in iustificationem uitæ. Credéibus uero ut
per duodecim articulog; decemq; præceptoꝝ/ ac in
effabilis/incōptæhensibilisq; Vnitatis/& Trinitatis
diuinæ fidē tanq; religionis sanctissimæ fundamen-
tum/& ueritatis uinculum ad ueram sempiternāq;
uitam certissime deduceremur/ eodem Aplo con-
stantissime assuerante fide aptata esse sœcula uerbo
dei/sine fide impossibile esse deo placere: oportet
enim accedentem ad deum credere quia est. Cuius
quidem fidei nostræ præstantiam/excellentiam/di-
gnitatem/& ueritatem probare nec possum/nec de-
beo: Non equidem possum/quia supra humanam
rationem/utpote diuinitus reuelata consistit: Non
debeo/quia nimis elatus/ nimisq; mihi de me pro-
mittens profecto iudicarer / si id probare conarer/

75

quod tot doctissimi & sanctissimi Patres per tot an-
norum curricula firmissime asseuerarunt: Quot
item firmissime tenet Sanctitas Tua Pater Beatissi-
me tanq caput/ & dñs: tenent & hi sapientiss. Pa-
tres: Christianissimi Reges / & Principes : & Res
publica nostra Veneta/quæ sanguine / & uita pro-
pria/ne dū opibus/ & diuitiis per octuaginta ferme
annos contra immanissimos Turcas fidem ipsam
facile comprobauit: quam demum firmissime te-
net magna orbis terræ pars: sed duo silentio pre-
terire non possum/quæ eandem fidem nostrā sta-
biliunt/ & muniunt: Alterum tot doctissimor̄/ &
sanctissimor̄ Patrum conuersio/ qui inanes fabu-
las/fallacesq ritus/quibus iam assueti astricti tene-
bantur/non dimisissent/nisi eandem fidem nostrā
certam/indubitatem/ & diuinam inspexissent: & ut
ceteros dimittam/ne modum excedat Oratio/pro-
ponite uobis Patres/ Paulum Ap̄lorem Principem/
electionis uas/humanar̄/ & diuinar̄ rerū scientiss.
quem Christianā religionē mirifice insequentem
unica de coelo uox (ut testat̄ Actuū caput nonū)
ad Christum deduxit: Ipse quoq̄ testatur se usq;
ad tertium cœlum .i. usq; ad ipsam ineffabilem tri-
nitatem intuitu contemplandam raptū extitisse/
ut & ipsius Trinitatis/ & omniū inde pendentium
fidē firmissime stabiliret: Proponite & uobis Au-
gustinum Africanū Cagastensi urbe oriundum

qui Christianæ religionis oppugnator accertimus
Ambrosium doctissimū Mediolani antistitem in-
tuens disputantem/sacrum baptiima suscepit e ma-
nibus eius dicentis Te deum laudamus/epsoq; Au-
gustino respondentे Te dñm confitemur: Quem
bene/& optime confessus est in mille/ & pluribus
excellentiss. & eminentiss. uoluminibus/& potis-
simum in libris trinitatis/de fide ad Petrum/& re-
tractionum. Accedit/& alterum non minoris effi-
catiæ argumentum: post Christi ueri dñi/dei/me-
diatoris/reparatoris/& redemptoris nostri natuuta
tem/passionem/resurrectionem/ & ascensionē/ ubi
prisca illa innania/& uanissima omnia/responsa/&
oracula? Vbi Idoloꝝ templa? Vbi uanissimi ri-
tus? Vbi sacris iniciati/ uel potius prophanis deho-
nestati sacerdotes? Non hæc omnia iam in uisceri-
bus totius humani generis insita/ & stabilita / non
inq hæc omnia tam facile cedere potuissent/nisi fir-
missime/ constantissime/ac indubitatissime uerirati
(hoc est)orthodoxe fidei catholice/& apostolice disci-
plinae/ Cuius tu sacratiss. Pont. in terris Vicarius /
& caput existis/ac una cum sacris cardinibus/Ponti-
ficibus/sacerdotibus/catholicisq; Principibus ipsa
Christi ecclesiam militantem constituis: sicut enim
humanum corpus ex capite/multisq; membris co-
ficitur ad diuersa naturæ munera obeunda : ita &
ecclesia militans ex te sanctissimo Pont. tanq capi-

96

re/ceterisq; Christicolis tāq mēbris integrat/ testan
te Aplo/sicut i uno corpe multa mēbra hēmus/oia
aut mēbra non eundem actū habent/ita multi unū
corpus sumus in Christo:& alibi/sicut enim corpus
unum est/& mēbra habet multa/ita Christus unus
est: & in uno spiritu omnes nos in unum corpus
baptizati sumus siue Iudei/siue Gentiles/siue serui
siue liberi : & omnes in uno spiritu potati sumus :
Huius autem corporis/& ecclesiæ sub Christi uexil
lo militantis ptas/ libera / amplissimaq; iurisditio
& habent. T.S. sacratiss. Pont. sunt demandatae:
non quidem per internuntios siue prophetas / seu
Aplos/uel sanctos alias : sed ab ipsa prima uerita-
te Iesu Christo uero dño/& deo nostro dicente Pe-
tro/& in eo omnibus summis Pont. Quodcunq;
ligaueris super terram/erit ligatū & in cœlis/quod-
cunq; solueris erit solutum: Et iterum/pasce agnos
meos/pasce oves meas : Sed quis pastus suauior?
quis amabilior? quis decentior a tua sanctitate sa-
cratiss. Pont.in mēbra/& subditos tuos potest pro-
uenire ? q unitas in credendo/credulitas in aman-
do/amor in amplectendo/amplexus in perficien-
do/perfectio in contemplando catholica/apostoli-
ca/diuina/& sanctissima instituta/ quibus iurgia re-
mouebuntur /bella sedabuntur/seditiones/ prodi-
tiones/periuria/sacrilegia/homicidia/ usuræ/ luxu-
riæ/adulteria/cæteraq; detestanda humani generis

facinora euellentur/destruentur: & in pacem/fidē,
constantiam/fortitudinem/modestiam/temperan-
tiam/liberalitatem/iustitiam/ceterasq; animi/& cor-
poris uirtutes commutabuntur: hic est inq; pastus
ille, qui nos uera Christi membra/ non subdititia,
uigorosa/ non inania, recta/non obliqua efficiet,
Qui demum nos de militante deducet ad trium-
phantem ecclesiam/ quā beatissimi nos tā corpore
q; animis in beatifica illa & Christi benedicti ueri-
dei nostri intuitiuā uisione constituemus ubi foeli-
ci eternitate/ & eterna fœlicitate perfruemur. Verū
Pater sanctissime duo sunt, quæ nos in militante ec-
clesia potissimū perturbant/ & a triumphante retra-
hunt & deuiant: Alterum dominandi cupiditas/
luxuria/ & ambitio: Alterum / & id perniciosissi-
mum heresis/ infidelitasq; utriq; debet. S. T. debe-
mus & nos omnes totis uribus/toto mētis affectu
occurrere/ne uniuersalis ecclesiae status deturpetur/
dehonestetur / confundatur. Priori quidem opti-
me consultum erit/si Concilium istud quo (te p̄e
sente Pater beatissime) nihil est maius in terris de-
creuerit/imperauerit/sanxerit/ ut omnes Principes
finibus suis contenti magis ultra non progredian-
tur/uti possident possideant Castra / Oppida/Vr-
bes/Regiones/quarum possessionem ipsa tempo-
rum diuturnitas/nullo interim reclamante propri-
am fecit: Quæ uero ui/sæuissimis/ & iniustissimis
armis/in oculis maxime tuę Sanctitatis diripuere /

dilaniauere/reddant/restituant : sic dominandi cupiditas cessabit : sic sanguis innoxius puerorum & Innocentum non effundetur : Sic uirginum / matronarum pudicarum (& proh scelus) etiam Deo dedicatarum honos , pudor , uirginitas , non corrumpetur, non uiolabitur, non postergabitur ! Sic incendia, rapinæ, & uiolentiae cessabunt: Sic deniq; Christianus Christiano, fidelis fidieli, frater fratri non succensebit , non cōminabitur , non insidiabitur : Hæc sunt beatissime ac sacratissime Pontifex/amplissimi & sapientissimi patres , quæ uobis, celeberrimo, augustissimoq; confessu uestro supplicant, quæ a uobis auxilium expostulant, quæ quotidie sine intermissione proclaimant, succurre Pater sanctissime: succurre orthodoxa, & Apostolica fides, succurre inq; miseris, adiuua puillanimes, refoue debiles : Detineret me profecto istarum calamitatum prolixior commemoratio, nisi in dicendo mihi modus habendus esset, tum ne tanta tua audiendi facilitate uiderer abuti Pater beatissime /tum quia his maiora/potiora q; me expectant & uocant, quæ paucissimis/ breuissimisq; absoluā . Officit nobis deinde alterum/& nos/uniuersaleinq; ecclesiam/magnopere perturbat hæresis infidelitasq; : Hæresis ab electione dicta teste diuino Hieronymo plures inducit ad eligendam disciplinam / quam meliorem existimant / Catholicam/

& Apostolicam dimitentes / diuersos errores semi-
nantes / scysma interponentes : qd q̄ perniciosum /
& detestabile reperiatur / auctoritate / exemplis / ac ra-
tione facile comprobatur. Testis itaq; est Augusti
nus inquiens non dubito cathecuminum catholi-
cum diuina charitate flagrantem heretico baptiza-
to anteponere : Testis est & diuus Bernardus asse-
rens / plus nocere falsum catholicum q̄ si uerus ap-
pareat hereticus : Testis demum est doctissimus &
sanctissimus predecessor . T. S. diuus Leo dicens.
Quid autem iniquius est ? q̄ impia sapere / & sapi-
entioribus doctioribusq; non credere / in hanc aut̄
inscipientiam cadunt quicunq; ad cognoscendam
ueritatem aliquo impediuntur obscuro nō ad pro-
pheticas uoces / apostolicas litteras / Euangelicas au-
ctoritates / sed ad semetiplos recurrunt / & ideo Ma-
gistri erroris existunt / quia ueritatis discipuli non
fuerunt: perlege Apostolum ad Corinth. Scissuras
esse inter uos nō laudo: & infra deus temperauit cor-
pus ut non sit scysma in corpore / sed in idipsum p-
inuicem sollicita sint membra . Et ad Thimoth. Si
quis aliter dicet / & nō acquiescit sanis sermonibus
domini nostri Iesu Christi superbus est / nihil sci-
ens / & languens circa questiones / & uerborum pu-
gnas: & infra prophana / & uaniloquia deuita: mul-
tum enim proficiunt ad impietatem / & sermo eo-
rum ut cancer serpit: deinceps uanas & sine disci-

48

plina questiones deuita/ sciens quia generant lites.
Secundo loco exempla magis mouentia se se no-
bis offerūt : Innocentius itaq; tertius Ottoni quar
to a se primitus coronato/ & de se/deq; Romanis
ac uniuersali ecclesia pessime merito Imperium ab
stulit. Honorius item tertius Federicum secundū
ecclesiastica/diuinaq; instituta peruertentem/ ana-
themate notatum/Imperiali dignitate priuauit. In
nocentius deinde quartus Federicū tertīū ob eius
insidias/ac Pontificum p̄secutionem Siciliæ/ Apu-
liæq; Regno/ac Imperio exauctiorauit. Bonifacius
octauus Petro/ & Iacobo Columneñ. Cardinala-
tum : Phylippo Galloq; Regnum ademit. Ioan-
nes demum uigesimus secundus Ludouicum Ba-
uariæ Ducem ecclesiæ rebellem/ac scysmaticum de-
clarauit/sicuti suæ sanctitatis originales plumbatæ
litteræ ad precessorem meum Spalateñ. Archipræ-
sulem/ac penes me existentes apertissime demon-
strant : Plurima alia scysmatis/ac (qui pœnas lue-
runt) scymaticoq; detestabilia exempla præterire
me cogit ratio/que tertium sibi locum uendicauit.
Scysma igitur ab animoq; scissura / quæ obduratas
mētes/auersoſq; aīos ab uniuersalis eeclesiæ unitate
sciungit appellati / nemo est qui ambigat/ Vnitas
uero ipsa nos/hoc est/christicolas oēs in aplīca/atq;
catholica ecclā/ecclesiamq; ipsam catholicā & aplī-
cam in nobis spirituali quodam dilectionis uinculo

C

unit/coniungit/confirmat: Ipsam autem Ecclesiæ
unitatem sacri Doct.in duobus consistere affirma-
runt/primo in membroꝝ ecclesiæ.i.fidelium ad in-
uicem cōmixtione: Secundo in eorundem ordi-
ne ad unum caput/ Christi s. uicarium .S. T. san-
ctissime Iuli/iuxta Apostoli dictum ad Collo. in-
flatus sensu carnis suæ/ & non tenens caput: Inde
merito infertur necessarioꝝ concluditur scysmati-
cos illos appellari/qui summo Pont.subesse/mem-
brisqꝫ Ecclesiæ subiectis cōmunicare recusant/ re-
nuunt/inficiantur: Et quia iure humano/ atꝫ di-
uino sancitum est/ per ea quemqꝫ puniri debere/ p
quaꝫ peccat: Ideo scysmaticoꝫ peccato duplii du-
plex pena debet infligi: altera/quia a fidelium co-
munione se abdicarunt/merito excōicari .i. esse ex-
tra fidelinm consuetudinem declarari debent: alte-
ra uero/quia Ecclesiæ capiti/ hoc est tuaꝫ Sanctitatî
subdi recusant/omni aplico priuilegio/ & pontifi-
cio priuari promerent. Quare sacratiss.Pont. sapi-
entiss.Patres perseqmini/euellite/de medio auferte
hereticos/ac scysmaticos/manifestos manifesta/aci
& seuerissima punitione: ocultos solerti/uigilanti/
ac diligentissima indagatione: ne eueniat quod te-
statur diuus Hierony.(& deus auertat) Arrius in
Alexandria una sintilla fuit/sed quoniā statim op-
pressus non est/eius flamma per totum orbem po-
pulata est: reseccandæ deniqꝫ sunt putridæ carnes/
max̄ erupat flama

exofmiqueſa
ſentilla ne m
max̄ erupat flama

89

& scabiosa ouis a caulis repellenda/ ne tota domus
massa/corpus/& peccora ardeant/corrūpantur/pu-
treſcant/intereant. Infidelitatis postremo tres sunt
ſpēs teste diuo Tho. & ut eius uerbis utar/paganorū
quæ grauis est: Iudeorū quæ grauior: hereticorum
quæ grauissima cū hereticos p̄misericim/ ac delibera-
uerim: Iudeos dimittam/qui apl̄icis/& p̄cessorū. T.
S. Gregorii/Alexandri/Clementis/& Inno. Decre-
tis in sui obſtinatione uiuere permittuntur in atte-
ſtationem nřæ ueriffimæ redēptionis: in perpetuā
erroris ſui deteſtationem: in exemplū deniq; acerri-
mę punitionis. Et ad id/quod magis urget/& me/
immo omnes plurimū mouet/ orationis nřæ finis
ſe conuertit: dimittā plures barbaras nationes/quæ
ſui/ac parentū ſuoꝝ culpa Christū uerū deū / & re-
demptorē noſtrū ignorantes/uarios/ nephandoſq;
ritus feruant: Dimittam Orientales fere omnes/q
potius ferinis/ꝫ humanis moribus uitam ducunt/
& ad id/quod ceruicibus noſtris imminet/ me con-
uertam: Sed equidē ſine maximo dolore/ſine ſin-
gultibus / ſine lachrimis nec memorari / nec cogi-
tare/ne dū exprimete ualeo immanifimā Turchagę
rabię/& potentia: Hi (ut optime nouit) S. T. No-
ftis & uos patres ampliss. a centū octuaginta ferme
annis/hoc eſt ab Ottomano primo uſq; ad Paciētē
p̄nitem undecimū eorū Principē magnā Asiae partē
& eam potiorem occupauere: Deinde Europe nō

minorem/cum maxima Christiani cruoris effusio-
ne usurparunt/dilaniarunt/lacerarunt/ duobus im-
periis & duodecim regnis usurpati: & quod formi-
dabile est/ Imperiū suum Dalmatiam/ & Liburniā
usq; dilatauere / a quo quidem loco ad urbes .T.
.S. Picentinas unius noctis spatio commodissime
possunt transfretari: effrenata gens/immanissima/
Christianō nomini inimicissima . Suo enim sordi-
dissimo Mahometto obsequiū maximū se prestare
putat/Christianos inseguendo/dilaniādo/occiden-
do : & ne recenseam calamitates ab eisdem retroac-
tis tēporibus nobis illatas : utpote uobis omnibus
notas: considerate Patres p̄ntes erumnas Christifi-
delium/in quos Turcæ crudelissime deseuiunt : Fi-
lios a complexu parentū/infantes a matrum uberi-
bus eripiunt : uxores in uirorū conspectu uiolant :
uirgines e matrū amplexu i hostillē libinem rapi-
unt : senes parentes tanq; inutiles in filioꝝ oculis
trucidant : iuuenes sicuti boues aratro iungunt/ &
terram uomere uertere cogunt : Sed quid pluribus
opus est/ nulla in eis reperitur foeminei sexus reue-
rentia : nulla puerilis etatis pietas : nulla senectutis
miseratio.Hæc a me sacratiss.Pont.sapientiss.P̄es/
nō tāq; audita/uel lecta/sed certe uisa sunt repetita/
uidiego oculis ppriis/uidi inq; eos usq; ad suburbia
Archipſulatus mei Spalateni/& illius miserrimę ur-
bis Spalati depopulātes/oīa igni/ ferroꝝ deuastan-

50

tes / & in miserabile captiuitate utriusq; sexus filios.
S.T. & meos abducētes: uiderunt & hæc i urbibus
suis duodecim suffraganei eiusdem S.T. & mei:
Adest & locupletissimus testis amplissimus/totius
Vngariae primas Archipr̄esul Strigonieñ. qui pro
ximis his elapsis diebus intellecta immanissima eo
tundem inuasione in nostrates Delmacie / Illiria/
Croaciæ Pannoniæ/ immo totius religionis Chri-
stianæ statum amarissime deploratus est. Sæpe Pa-
ter sanctissime & sæpius ego (O me miserum / &
infœlicem) diuinis officiis assistens coactus sum
cappam indumentaq; Pontificalia dimittere/arma su-
mire/ ad Vrbis portas percurrere/afflictum popu-
lum Spalateñ. tua Apostolica Benignitate mihi
demandatum solari/animare / & aduersus sangu-
inem nostrum sitientes assurgere : miserere itaq; san-
ctissime pater & dñe filioꝝ / & seruоꝝ tuоꝝ : Affer
opem tam dura ferentibus : Redime de miserabi-
li seruitute/ quos Christus benedictus suo precio-
sissimo sanguine a perpetua morte liberauit. Mis-
remini & uos patres amplissimi/ nec uos tutos id-
circo existimetis/ quia mansionem fortasse procul a
Turcis sortiti estis : Nemo enim tam remotus est/
quin reperiri queat: si uicinum qui ante uos pro-
ximus est igni in periculo dimiseritis dimissi eritis/
& uos a uicinis/ qui retro habitant: tales nos esse
oportet in alios/ quales illos erga nos cupimus in-

uenire: Nolite Germani Galloge auxilia spare / nisi
& uos Vngaris nec uos Galli Hispa. nisi Germanis
opē feratis : Qua .n. mēsura mēsi eritis/eadē reme-
tietur & uobis: Nec putet. S.T. Pater beatiss. Vosq;
Patres ampliss. Turcas esse insupabiles / uinci pos-
sunt/& s̄epius uicti sunt : Multitudinē/ qua potissi-
m um uincunt/inerme ducunt cōfissi pernicissimis
equis : A dde plurimos eorū subditos esse Christia-
nos/Christianamq; religionem ardenter amplecti-
Qui anelanti ore. T.S.aduentū/auxiliū/ redēptio-
nem/& e miserabili seruitute liberationē expectāt :
Scio ego/& certissime mihi promitto (modo ceteri
Principes non deficiant/ prout deficere non de-
bent/si ueri sunt Christiani/ ut cupiunt appellari)
S.T. non deerit/ quin tanto iminenti periculo/ &
p̄sentaneo morbo occurrat : Noui enim ego/ imo
totus orbis nouit sacratiss. Pont. animi tui Fidem/
Fortitudinē/Sapientiā/Liberalitatem/Magnitudi-
nem : Qua tū in ceteris/tum in dei ecclesia catholi-
ca & apostolica defendenda/ augenda/ & cōseruan-
da. semper usus es. In hoc etiam defensionis gene-
re q̄ necessario scio/& certissime uobis promitto sa-
pientissimi patres/q̄. S.S. non maximus labor fi-
dem/non formidolosum periculum fortitudinē /
non deniq; expectatata (quod absit) egestas libera-
litatem extinguere poterit/quin sanctitas sua huma-
ni generis maximam partē fide redimat: Fidei ini-

imicos fortitudine expellat: Christi ecclesiam libe-
ralitate amplificet: Quare pientissime & misericor-
dissime deus de excelso sancto tuo angustias nras
aspice: nosti enim q præter nominis tui gloriam/
& dominici gregis salutem nil aliud querit uox no-
stra: Memento dñe Iesu Christe/q diuino Petro/&
successoribus eius Regni cœloꝝ claves tradidisti:
ecce adest diuini Petri successor Iulius auctoritate no-
minor uicarius tuus/respice ad ſpc̄es .S.S. & nras:
& exaudi nos de excelsō ſolio tuo: ne memineris
iniquitatum noſtrarꝝ antiquarum: cito anticipent
nos misericordiaꝝ tuꝝ: Adiuua nos deus ſalutaris
noſter propter gloriam nominis tui: & propicius
eſto peccatis noſtris propter nomen tuum: Reſpi-
ce benignis oculis ſuper Populum tuum: Da fœ-
licem curſum ceptis noſtris: ut tandem reformata/
aucta & ſtabilita Ecclesia tua/Maiestati tuꝝ laudes
glorioſe cantemus: Tibi perpetuo ſeruiamus: &
omnis terra una cum Vicario tuo patre/& dño no-
stro Iulio ſummo/ sanctissimoqꝫ Pont. adoret te:
& nomini tuo pſallat in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

F I N I S.

CRomæ Impressa in Vico Pellegrini.

Per Iacobum Mazocchium. M. D.

XII. Die. 6. Mensis Nouembbris.

О ГЛАВА
СИДАНИЯ
АЩЕНОГО

СИДАНИЯ

И ФЕСТИВАЛИ

СИДАНИЯ





